

Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputationum// Roberti Bel-/Iarmini Politiani,// Societatis
Iesv// De Controversiis// Christianae Fidei, Adver-/sus
huius temporis Haereticos,// Tomus ...**

De Sacramento Evcharistiæ - Sex Libris Explicata

Bellarmino, Roberto Francesco Romolo <Heiliger>

Ingolstadii, [1589]

VD16 B 1603

VIII. Sacrificium Missæ rectè celebrari pro Sanctis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54113](#)

cap. 18. Item dicit offerri pro mortuis sacrificium precij nostri,
lib. 9. Confess. cap. 12. & sacrificium corporis, & sanguinis Do-
mini, lib. 1. de origine animæ, cap. 9. & 11. & sacrificium media-
toris, quæst. 2. ad Dulcitium; & sacrificium altaris, lib. de cura
pro mortuis, cap. 18.

Sed Kemnitius occurrit, ac dicit, in celebratione quidem
Eucharistiæ consueuisse commemorari mortuos, sed non in
cum finem, ut oblatio Eucharistiæ esset propitiatione pro pec-
catis mortuorum; verum ut eo tempore adhiberetur confessio,
& testificatio illius articuli: *Communionem Sanctorum, ut*
nimirum profiteamur ad corpus Christi, & Ecclesiæ pertine-
retum viuentes, tum mortuos.

A tunc hoc est merum figuratum. Nam Cyrillus, Chrysosto-
li, Ambrosius, Augustinus & alij citati, clarè dicunt, mul-
tu prodeesse animabus defunctorum ad refrigerium, sacri-
ficium Eucharistiæ: & Avgustinus in Enchirid. cap. 110.
Damascenius in hoc libro de Communione Sanctorum, pro-
pitiatio est. Et denique idem Augustinus, vbi cunque agit de
sainte, semper distinguit sanctos principes Martyres, ab aliis
fidelibus defunctis, ac dicit utrosque in sacrificio altaris com-
memorari, sed Sanctos ut ipsi pro nobis orent, alias autem ut
nos pro illis oremus. At si solùm ea commemoratio, testifi-
catione esset communionis, & societatis, eodem modo omnes
commemorarentur. Vide loca Augustini tractat. 84. in Ioan-
nem, libro de Sancta Virginitate, cap. 45. & serm. 17. de verbis
Apostoli.

CAPUT OCTAVVM.

Sacrificium Missæ rectè celebrari pro Sanctis.

X iis, pro quibus sacrificium offerri potest, soli su-
perficiunt Sancti, qui iam in celo cum Christo re-
gnant. Et quoniam aduersarij, & Kemnitius ma-
xime, mira fraude statum quæstionis inuoluunt,
& nobis affingunt, quæ nunquam somniauimus: PRIMO ex-
plicanda erit diligenter Ecclesiæ sententia; & aperiendus sta-
tus quæstionis. DEIN probanda veritas. ULTIMO respon-
dendum ad obiectiones.

Quod ad PRIMVM attinet, Ecclesiæ sententia his tribus
capitibus continetur. PRIMO, Sacrificia non proficiunt Sanctis
Bbbb ad

ad culpæ vel pœnæ remissionem, nec ad gratiæ vel gloriarum sentialis augmentum. Hoc certum est apud Catholicos, de eo contentio est villa cum hæreticis. Quare S. Augustinus tract. 84. in Ioan. & serm. 17. de verbis Apostoli, & alibi, non in sacrificio memoriam fieri Sanctorum, sed non orati proibit. Et idcirco cum in nostra Liturgia petimus, ut oblationem proficit ad gloriam, non tam oramus pro Sanctis, quam nobis: petimus enim à Deo gratiam ita sanctè, p[ro]te, deinceps recte sacrificium offerendi, ut meritò Sancti inde gaudente sint, & gloria illis coram hominibus accedat. Et similiter Cyprianus, Cyrillus, Epiphanius, Augustinus, & Chrysostomus, quos infra citabimus in probatione primæ propriae, dicunt sacrificium offerri pro Apostolis, & Martynibus intelligunt offerri pro eorum salute, sed pro eorum honoris.

S E C U N D O; Sacrificium non offertur Sanctis, & prius neque tempora, neque altaria eriguntur Sanctis, licet in causa memoriam ista omnia fieri possint, ut mox dicemus. Hoc debet exprimere in Concilio Tridentino, ses. 22. cap. 3. **A V G U S T I N U M** lib. 8. de ciuitate Dei, cap. 27. ubi sic legimus. *Martyribus non constituiunt templum, sacerdotia, sacrificia.* Quæ verba citat Kemnitius, pag. 818. & subinde pudenti mendacio: *Atqui hoc in Papatu, & factum est adhuc defenditur.* Sed poterat eodem modo in Augustinum mentiri, ac dicere. Atqui hoc tempore Augustini fieri debet ipso defendebatur. Nam in quo sensu Augustinus negavit tempora, & sacrificia Sanctis, & nos pariter negamus, idem in alio sensu cum eodem Augustino, tempora, & altaria sacrificia Sanctis attribuimus. Negat Augustinus, & nos illo, sacrificia offerri Sanctis, & proinde tempora, & altaria, ut in iis sacrificetur Sanctis: at concedit, & nos cum operiter concedimus, sacrificia offerri in memoriam Sanctorum & proinde tempora, & altaria erigi in Sanctorum memoria. Unde etiam tempora, & altaria, in quibus soli Deo sacrificia passim ab Augustino dicuntur memoria Sanctorum.

Probantur hæc omnia ex ipsius Augustini verbis. Nam in eo citato à Kemnitio lib. 8. de ciuitate Dei, cap. 27. ita Ave regina, & explicat quod dixerat, Sanctis non constitutum tempora, & sacrificia: *Quis audiuit aliquando fidelium, statim faciem ad altare dicere in precibus; Offero tibi sacrificium Regi Pauli, & Cypriane, cum apud memorias eorum Deo offer-*

tur? Et li. 20. contra Faustum, cap. 21. Nulli Martyrum, inquit, quamuis in memorias Martyrum, constituimus altaria. Quis enim Antifitum in locis Sanctorum corporum aßiftens altari, aliquando dixit; Offerimus tibi Petre, aut Paule, aut Cypriane? Sed quod offertur, Deo offeritur, qui Martyres coronauit, apud memorias eorum, quos coronauit. Porro templa dedicari Sanctis in eo sensu, quem diximus, patet ex eodem Augustino lib. 1. de ciuit. Dei, cap. 1. Testantur, inquit, hoc Martyrum loca, & Apostolorum Basilicae. & lib. de cura pro mortuis, cap. 1. meminit Basilicæ S. Felicis. Videtestimonia plurima variorum Patrum de templis Sanctorum in nostro lib. 3. de Sanctis, c. 4.

T E R T I O; Sacrificium Missæ non est per se institutum tanquam ad finem proprium, & præcipuum, ad Sanctos honorandos, vel inuocandos. Hoc asserimus contra calumnias Kemnitij, qui pag. 810. dicit Catholicos docere Cœnam Dominicam institutam esse, vt in eius celebratione implorentur Sancti, &c. Nos enim fatemur, sacrificium Missæ per se institutum ad Deum colendum, & propitiandum: & verum sacrificium futurum, etiamsi nulla in eo fieret Sanctorum memoria. Quare solùm secundariò, & consequenter existimamus ad sacrificium pertinere Sanctorum cultum, & inuocationem: nam ex eo quod aguntur Deo gratiæ in sacrificio pro victoriis Sanctorum, consequitur honor Sanctorum; & quia eos hoc modo honoramus, consequitur etiam viciissim, vt ipsi sint nostri memores in cœlo, & pro nobis orent. Atq; id vel ex ipsa nostra Liturgia intelligi potest: Nam in ea nusquam directè Sancti inuocantur, nisi bis, aut ter in aliquo versiculo, & in confessione, quæ præmittitur ante Missæ introitum: alioqui ipsa oblatio expressè dirigitur ad solum Deum; similiter Collectæ tam publicæ, quam secretæ, & omnes Canonis orationes diriguntur ad Deum, nullæ ad Sanctos. At si Missa esset instituta per se ad cultum, & inuocationem Sanctorum, certè directè Sancti inuocarentur in ipso Canone, vt inuocantur in Litanis.

Non igitur est status questionis, quem proponit Kemnitius; An Cœna Domini sit instituta ad cultum, & inuocationem Sanctorum, sed an repugnet institutioni Cœnae Domini, vt in eius celebratione fiat memoria Sanctorum, & consequenter honorentur, & inuocentur Sancti, siue directè, siue indirectè. Et quidem Catholici omnes affirmant utrumque,

B b b b 3 id est,

id est, non solum non repugnare institutioni, ut in sanctis nominentur Sancti cum honore, sed nec etiam videntur. Quae duo tum ex Concilio Tridentino, sess. 21, cap. 1 ex ipsa Liturgia manifesta sunt. At Kemnitius illud per admittit consuetum fuisse in antiqua Ecclesia, & non tolerari posse; secundum autem vult ad manifestam proportionem Cœnae Domini pertinere, & aduersa frangere cum institutione Dominica, idque non tam quam palpabiliter. Quare nos utrumque breuiter contibimus.

Quod igitur ad SECUNDUM attinet, statuo has proportiones.

P R I M A: Non repugnat institutioni Cœna Domini, ut nominentur, & honorentur Sancti. Probatur PRIMO a **A**postolo 1. Timo. 2. ubi iubet fieri orationes, & gratiarum actus in sacrificio Missæ (nam de hoc sacrificio locum illud ponunt veteres, ut suprà ostendit) pro omnibus, & maxime Regibus; vult igitur Apostolus in Missa non solum supper Deo pro accipiendis beneficiis, sed etiam agi gratias propter. Est autem beneficium singulare, quod fratribus suis Deus eam gratiam contulerit, ut mundum, & Satanam rauerint, & post eam victoriam gloria, & honore eos conuerit: quare licitum erit, vel potius dignum, & iustum, sacrificium offeramus ad agendas Deo gratias proditionis triumphis Sanctorum, & per hoc etiam Santos ipsorum sacrificio cum honore, & exultatione nominemus.

S E C U N D O probatur testimonio omnium Liturgiarum Iacobi, Clementis, Basiliij, Chrysostomi, & aliorum, ut omnibus nominantur Sancti, idque non semel.

T E R T I O probatur ex Patribus. Nam CYPRIANVS epist. 6. perit annotari, & ad se scribi diem mortis martyrum singulorum, ut possit nominatum in die anniversario patnis eorum, pro eis sacrificium facere. EPIPHANIUS cap. 75. & CYRILLVS catechesi 5. mystagogica aperte scribunt sacrificio nominari Apostolos, & Martyres. CHRYSTO^MVS homil. 21. in Acta, non solum nominari dicit, sed etiam in gentem esse honorem Sanctis, quod nominetur in nomine praesente, dum horrendum illud sacrificium pergit. AVGVSTINVS in libro de sancta Virginitate, cap. 45. ad frequentem dicit, Santos nominari in sacrificio; & prae-

lib. 22. de ciuit. Dei, cap. 10. Ad quod sacrificium, inquit, suo loco, & ordine nominantur.

Quarto probatur ex utilitate huius instituti: prodest enim PRIMUS ad protestandam communionem Sanctorum. Nam sacrificium corporis Christi veri, nomine totius corporis mystici offertur, & offerri debet: proinde sicut nominantur viuentes Pontifices, Reges, & multalij, ita etiam mortui nominari debent, siue in purgatorio sint, siue in celo; omnes enim ad idem corpus pertinent. Accedit quod ut Augustinus scribit lib. 10. de ciuit. Dei, cap. 6. & lib. 22. cap. 10. in sacrificio altaris significatur sacrificium generale, quo uniusversum corpus Christi mysticum, id est, tota redempta ciuitas offertur Deo per Christum Sacerdotem magnum: & quia ad compagem huius corporis pertinet etiam Sancti, qui sunt in celo; id est etiam illi suo ordine in sacrificio altaris nominandi sunt.

ALIA utilitas est, excitatio sanctae emulationis: quam utilitatem attingit sanctus AVGVSTINVS libro 8. de ciuitate Dei, cap. 27. Nam reddens rationem, cur in memoriam, & apud memorias Sanctorum dicantur sacra, sic ait: Ut eaelebritate, & Deo vero de illorum victoriis gratias agamus, & nos ad imitationem talium coronarum atque palmarum eodem inuocato in auxilium ex eorum memoriae renouatione adhortemur.

SECUNDA propositio: Non repugnat institutioni Cana Domini, si in ea inuocantur Sancti, eo modo, quo ab Ecclesia Catholica inuocari solent. Explico; tribus modis Sancti in sacrificio Missæ inuocari possunt. VNO modo per ipsam oblationem, ita ut eis oblatio offeratur; ipsa enim oblatio tacita quedam, sed efficacissima est inuocatio; & hoc modo non inuocat Sanctos Ecclesia in Missa, nec inuocare posset sine peccato idololatriæ, ut diximus.

SECUNDO modo per precem ad eos directam, ut cum dicimus: Sancte Petre, ora pro me; & hoc modo non inuocantur Sancti in Missa, ut supra diximus, nisi obiter, in versiculis post lectionem, idq; solùm in vna, vel altera Missa: qui tamen modus nihil habet absurdum. Nam si licet à viuentibus petere, ut nos iuuent orationibus suis, dum tam sublimi fungimur ministerio, unde etiam dicimus in Liturgia: Orate fratres; cur non liceat id est à Sanctis petere? Sed non est opus nunc de ista re disputare,

B b b 4 quia

quia nec aduersarij istos articulos oppugnant, qui cōtra
in Missa Catechumenorum, quē non est propriū sacrificiū
in Missa autem fidelium, quāe incipit ab oblatione, nunc
ita directe Sancti inuocantur.

TERTIO modo per preces ad Deum directas, ut cū mil-
petimus, vt intercedentibus Sanctis nos iuuem; & hoc mo-
dum in Missa tum in Canone, tum extrā inuocantur Santi.
hoc est quod reprehendunt aduersarij, & ideo hoc solu-
bandum est.

Probatur PRIMO ex Patribus. CYRILLVS catechesiū
stagogica, explicans ritum sacrificij Missæ: Cum huius
cīum, inquit, offerimus, mentionem facimus eorum, quāe
nos obdormierunt; primum Patriarcharum, Prophetarum,
postolorum, Martyrum, & Deus orationibus illorum, & de-
cationibus, suscipiat preces nostras. BASILIVS in Liturgia
post consecrationem, memoriam faciens Patriarcharum,
Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, sancte Dei gen-
cis, & omnium Sanctorum: Ut, inquit, assiduas prece pro
bis tibi offerant, eaq; memoriam illorum celebamus, si quo-
do nobis ipsi parum fidimus, memoria, & legatione illorum
telet, per eos audemus ad te accedere, atque tremendo
sacromunere defungi. CHRYSOSTOMVS in Liturgia
norabilium, inquit, incorporalium supercelestium S. I. &
precursoris & Baptiste, sanctorum gloriosorum Apostolorum
Sancti huius, cuius memoriam agimus, & omnium San-
ctorum, quorum supplicationibus, respicenos Deus. Etiam
Stabili, inquit, nostros gressus precibus, & supplicationibus
Sancte Deipara, & semper Virginis Mariae, & omnium San-
ctorum. AVGUSTINVS tractat. 84. in Ioannem: Ideo quippe
quit, ad ipsam mensam non sic eos (Martyres) commemoram
quemadmodum alios, qui in pace requiescant, vt etiam pre-
oremus; sed magis vt oreant ipsi pro nobis. Idem habet similiter
de verbis Apostoli.

SECUNDO probatur ratione. Nam Sancti sine ulla difficultate
pro nobis in cœlo orare possunt, & orant; ergo bonum est
Deo petere, tum vt Sanctos pro nobis orare faciat, tum ut
pro nobis orantes exaudiat, quē duo in Missa petuntur. Con-
sequentia apertissima, & certissima est. Nam si unum ex me-
diis nostrae salutis est, Sanctorum oratio, cur non licet ad
petere, vt per hoc medium nos adiuuet? Et si licet petere,

vt per bonos doctores, & pastores in terris nos dirigat, docet, tueatur, cur nō licet etiam petere, vt idem faciat per Angelorum & Sanctorum suffragia? Et si licet Deum rogare, vt excite eos qui hīc viuunt, ad orandum pro nobis, eosque exaudiat, cur non idem licet in Sanctis?

Antecedens autem huius argumenti fusè probatum est à nobis in 1. lib. de Sanctis; nec aduersarij multum de hac re cōtendunt. Nam etiam si pertinacissimè negent inuocandos esēa nobis Sanctos, quia nō credunt illos audire posse nostras preces; tamen illos in genere sollicitos esse pro Ecclesia, & orare posse, atque etiam re ipsa orare, fatentur Philippus in Apologia Confessionis Augustanæ, articulo de inuocatione Sanctorum, Brentius in Confessione VVirtembergensi, cap. de inuocatione Sanctorum, Kemnitius in 3. parte Examinis Concilij Tridentini, Caluinus quoq; lib. 3. Instit. cap. 20. §. 21. & 24. non repugnat huic sententiæ, tametsi ægrè ad eam admittendam adduci se patiatur. Et sanè id negari non potest, nisi negetur in primis Scriptura, quæ 2. Machab. vlt. testatur Hieremiam, & Oniam defunctos orasse pro populo, & Apocal. 5. describuntur viginti quatuor seniores in cœlo offerre incensum, quo Ioánes ipse exponit significari orationes Sanctorum: nisi etiam negetur unitas corporis Ecclesiæ, vel communio Sanctorum, quam in symbolo Apostolico cōfitemur. Si enim vnum corpus sumus, & alij aliorum membra, certè inuicem solliciti esse debemus; ea enim est membrorum natura, vt Apostolus docet 1. Corinth. 12. Denique Augustinus quæst. 108. in Exodum, dicit Martyrum orationibus propitiari Deum peccatis populi sui. & quæst. 149. dicit, Sanctorum meritis nos releuari posse apud Deum, quando mala nostra merita nos grauant.

Restat, vt Kemnitij obiectionibus respondeamus. PRIMO sic argumentatur pag. 810. Christus dicit; Hoc facite non in Sanctorum, sed in mei commemorationem. Et præterea ideo corpus, & sanguinem suum nobis tradit in Cœna, vt adiuturi thronum gratia, misericordiam consequamur per meritaениæ oblationis Christi: ergo prophanatur Cœna Domini cum à Deo petitur, vt per merita, et preces Sanctorum, in omnibus diuina protectionis muniamur auxilio.

RESPONDEO; Christus nusquam dixit; Hoc facite non in Sanctorum, sed in mei commemorationem; neq; dixit; Hoc
Bbbb § facite

facite in mei solius commemorationem: quare non posse recte colligi; Ergo repugnat institutioni Cœnæ, Sanctorum commemoratione. Præterea etiam si Dominus dixisset; Hoc cite in mei solius commemorationem; adhuc nihil adhiberij obtinerent: loquitur enim Dominus nō de qualibet commemoratione, sed de ea, qua per mysterium Cœnæ representatur ipsius passio, & mors; quo genere commemoratione non solet, nec potest Ecclesia Sanctorum memoriam in Missa facere: non enim Eucharistia est symbolum passionis Sanctorum, sed Christi solius. Alia igitur est memoria Sanctorum, quam in sacrificio celebramus: nimis enim Sacerdos nominamus, ut pro eorum victoria Deo sacrificium gratiarum actionis offeramus, ut supra diximus.

Ad aliam partem argumenti respondemus, aliter per Christi intercessionem, & merita, & aliter per Sanctorum merita & preces nos à Deo misericordia exspectare, ac petere. Non per Christi merita immediate à Deo misericordiam petimus, ipse enim solus est immediatus intercessor noster apud Deum. Per Sanctorum autem merita, & preces à Deo misericordiam petimus, eodem Christo mediante: nam & ipsi cuncti pro nobis orant, per Christum orant. Itaque sicut nostra ratio pro nobis ad Deum, non est superuacanea, nec iniuria Christo facit, licet ipse sit apud Deum aduocatus noster, quia nos per illum pro nobis Deum oramus: ita Sanctorum preces pro nobis non sunt vel superuacaneæ, vel in Christum pertinet, licet Christus sit noster aduocatus, quia ipsi per Christum petunt. Et sicut Sancti pro nobis Deum orare possunt, non obstante Christi intercessione; ita & nos possimus ab ipso petere, ut pro nobis orent, & à Deo petere, ut illos ad eundem impellat, & orantes exaudiat, non obstante Christi intercessione.

S E C V N D A obiectio ex Augustino, qui lib. 22. civit. cap. 12. dicit, in administratione Cœnæ Dominicæ à sacerdote. Sacerdos quidem nominari, nullo modo autem à sacerdote inuocari.

R E S P O N D E O; Verba AVGUSTINI Kemnitius si cuncte fraudem suam etiam nobis tacentibus, omnibus patet esse. Hæc autem sunt illius verba: *Vni Deo, & Martyrum, et nostro sacrificium immolamus: ad quod sacrificium, sicut homines Dei qui mundum in eius confessione vicerunt, suo loco, & modo, nominantur: non tamen à sacerdote, qui sacrificat, innocentes*

Deo quippe, non ipsis sacrificat, quamvis in memoriam sacrificias eorum, quia Dei sacerdos est, non illorum.

Vides hic P R I M O , Augustinum non dicere: *In administracione Cœna Domini, sed in sacrificio quod immolamus, & bis, terc'ue repetere, sacerdotem sacrificare Deo sacrificium, non Cœnam administrare.* S E C V N D O vides, Augustinum aperi-
tissimè dicere, sacrificium fieri in memoriam Sanctorum, &
Sanctos in eo nominari: quod non solùm est contra horum
sextariorum nouitates qui in sua Cœna nullam Sanctorum
mentionem faciunt, sed est expressè contra Kemnitium, qui
pauld' antè disputabat Christum dixisse, Hoc facite, non in
Sanctorum commemorationem. T E R T I O vides, Augusti-
num, cùm is negat Sanctos inuocari, loqui de inuocatione
per sacrificium, id est, de oblatione, quæ, vt suprà diximus,
est efficacissima inuocatio: nam formaliter loquitur, cùm
ait: *Non tamen à sacerdote, qui sacrificat, inuocatur. vt patet ex verbis sequentibus: Deo quippe, non ipsis sacrificat, quia Dei sacerdos est, non ipsorum.*

Quod autem Augustinus non neget, posse ac debere San-
ctos inuocari in Missa, eo modo, quo facit Ecclesia Catholi-
ca, patet ex tract. 84. in Ioannem a nobis suprà citato, vbi di-
cit, Sanctos ad mensam Domini commemorari, non vt nos
pro eis oremus, sed vt ipsis orent pro nobis. Ex his appetet,
quàm inaniter propter locum Augustini Kemnitius exulta-
uerit, & quam immeritò, & procaciter Synodus Tridentinā
Thaidem Babyloniacam appellauerit.

T E R T I A obiectio ex historia antiquitatis; colligit autem
Kemnitius hoc modo progressum antiquitatis. P R I M O di-
cit, in primitiva Ecclesia morem fuisse, vt annua memoria
Martyrum solenniter celebraretur in ipsis locis, vbi corpora
Martyrum sepulta erant: idque probat ex epistola Ecclesiæ
Smyrnensis apud Eusebium lib. 4. histor. cap. 15. S E C V N D O
dicit, progressu temporis id accessisse, vt corpora Sanctorum
sub ipsis mensis ponerentur: & probat ex Ambrosio lib. 10. e-
pist. 85. T E R T I O dicit, in orationibus Ecclesiæ factam fuisse
memoriam Martyrum, quia Ecclesia orabat, vt aliquando
consors fieret in vita eterna ipsis Martyrum: id quod ex
epistola suprà citata Smyrnensem probat. Atque hæc tria
dicit esse secundum usum purioris Ecclesiæ, & Scripturæ
consentanea. Q u a r t o dicit, tempore Augustini ortas
esse

esse opiniones peregrinas, & vitiosas de singularibus M̄rum pro suis cultoribus intercessionibus, de meritis, & rationibus Martyrum. **QVINTO** dicit, Augustinum has nōiones in medio reliquissē, tanquam nec veteres, nec com̄ id quod probat ex lib. 22. ciuit. cap. 10. & de cura pro monachis cap. 16. **SEXTO** dicit, Augustinum paulatim cœpisse aliquando tribuere his opinionibus; sed Hieronymum, Basilius, Nazianzenus audaciōres fuisse in hac quæstione. **SEPTIMO** dicit, postremis temporibus, fabricatū esse articulū fidicium patrocinii, & meritis Sanctorum, & quod horribiliter ipsam actionem Cœnæ Domini, eō detorqueret ceptam.

Ex hac longa narratione Kemnitius simplicioribus persuadere nititur, rem esse nouam, & à Papistis confictam, de invocatione Sanctorum in sacrificio Missæ. At si quis paulo tentius rem expendat, ex hac ipsa disputatione Kemnitii, eius sodales apertissimè refelluntur. Nam prima illa Tercia capita, quæ satetur aduersarius fuisse in puriore Ecclesiæ, esse consentanea Scripturæ, contra nos nihil faciunt, & non contineant aliquid contrarium nostræ doctrinæ: contra aduersarios maximè faciunt cùm sint omnino conscriptis, & factis ipsorum. Ipsi enim nec celebrant Sanctorum memoriam apud Sanctorum reliquias; nec Martyrum corpora sub sacra mensa reponunt, sed eiiciunt potius; nec donecque in precibus, & mysterio Eucharistiae ullam Sanctum mentionem faciunt: quare testimonio Kemnitij, concilium, Kemnitium, & eius sodales recessisse ab usu primaria purioris Ecclesiæ, sacris literis consentaneo.

QUARTVM caput falsum est, & ex sexto refelli potest. Non si Basilius, Nazianzenus, & Hieronymus sequuntur opiniones de intercessionibus, & meritis Sanctorum, vt habet caput sextum: non igitur cœperunt illæ opiniones Augustini ætate, vt habet cap. quartum; nam etas Augustini postea est Basilij, & Nazianzeni ætate. Adde, quod sententia Eccl. siæ de invocatione Sanctorum, non cœpit etiam Basilius ante, sed lōgè antiquiore est. Nam **EUSEBIUS** Basilio antequam lib. 13. præparat Euangel. cap. 7. Vota, inquit, Sanctis famulis quorum intercessione apud Deum non parum iuuari possunt. Et **IRENAEVS** Eusebio antiquior lib. 5. contrahentes: Ut Virginis Ena, inquit, Virgo Maria fieret adiutoria.

QVINTVM caput continet manifestum mendacium, & impudicitatem.

ibus Mr
citis, & o
um haso
s, necca
pro moris
episcopique
afilium, No
. SEPTI
alum fidei
orribilium
ceptam.
fictam, da
quis paulo
eminius,
a illa Ta
Ecclesia
acient, c
trinax: ac
òd contra
S Sanche
tryrum: c
us; nec do
Sanctorum
j, condic
su primus
poreft. Non
nturesco
am, vt hab
nes Augu
ini potest
entia Eru
Basilij
o anteq
et facili
ari mes pro
contra han
ocata.
ndacum, A
implo
imposturam. Nam Augustinus in locis à Kemnitio citatis, non relinquit in medio tanquam rem incertam, an Sancti nos iuuent, sintque nostri intercessores, & aduocati, & ut tales, à nobis inuocandi; sed solum quomodo nos iuuet, quando miracula apud eorum sepulchra fiunt. Ambigit enim Augustinus, an id fiat opera Angelorum, an per ipsos Martyrum spiritus, an alio modo; atque hoc in medio relictio, asserit rem esse indubitatem, quod à Sanctis iuuentur, qui illos inuocat. Nam lib. 22. de ciuit. Dei, cap. 8. probat hoc ipsum innumerabilibus fermè exemplis, quæ certissima esse affirmat.

S E X T U M caput nō eget alia refutatione; nescio enim quis non videat, quantum præiudicium caussæ suæ Kemnitius fecerit, cùm tam aperte reprehendere ausus est quatuor illos Ecclesiæ Græcæ, & Latinæ columnas, Basilium, Nazianzenum, Hieronymum, & Augustinum.

S E P T I M U M caput falsissimum esse patet ex testimoniosis à nobis citatis, Cyrilli, Basilij, Chrysostomi, & Augustini, qui apertissimè scribunt, in sacrificio altaris peti à Deo Sanctorum intercessiones. Quanto enim mendacio postremis temporibus fabricatum fuisse singitur, quod ante annos M. C. in vsu Ecclesiæ Catholicæ fuit?

CAPUT NONUM.

De Missis priuatis.

EQUITVR controversia de Missa priuata, de qua post Lutherum scriplerūt Brentius in Confessione VVirtembergensi, cap. de Eucharistia, & Kemnitius in 2. parte Exam. pag. 858. & sequentibus, & Philippus tum in Confess. August. tum in Apologia in articulo de Missa. Quam controversiam ita tractabimus, ut **P R I M U M** doceamus sex modis posse Missam dici priuatam, & omnibus modis esse licitam. Deinde obiectiones aduersariorum refellamus.

Igitur **P R I M O** dici potest Missa priuata ratione loci; quæ enim celebrantur in priuato aliquo oratorio, seu sacello, dici possunt priuatæ, si comparentur ad eas, quæ celebrantur in publico templo. Ac de his non est magna controversia: nam etiamsi aduersarij eas Missas odiosè traducant, & angulares per contumeliam vocent; tamen habemus de his exempla manifestissima antiquitatis. Nam in primis Dominus pri-

mam